

Prophetia Michaeae

1:1 uerbum Domini quod factum est ad Micham Morasthiten in diebus Ioatham Ahaz Ezechiae regum Iuda quod uidit super Samariam et Hierusalem 1:2 audite populi omnes et attendat terra et plenitudo eius et sit Dominus Deus uobis in testem Dominus de templo sancto suo 1:3 quia ecce Dominus egreditur de loco suo et descendet et calcabit super excelsa terrae 1:4 et consumentur montes subtus eum et ualles scindentur sicut cera a facie ignis sicut aquae quae decurrunt in praeceps 1:5 in scelere Iacob omne istud et in peccatis domus Israhel quod scelus Iacob nonne Samaria et quae excelsa Iudae nonne Hierusalem 1:6 et ponam Samariam quasi aceruum lapidum in agro cum plantatur uinea et detraham in uallem lapides eius et fundamenta eius reuelabo 1:7 et omnia sculptilia eius concidentur et omnes mercedes eius conburentur igni et omnia idola eius ponam in perditionem quia de mercedibus meretricis congregata sunt et usque ad mercedem meretricis reuertentur 1:8 super hoc plangam et ululabo uadam spoliatus et nudus faciam planctum uelut draconum et luctum quasi strutionum 1:9 quia desperata est plaga eius quia uenit usque ad Iudam tetigit portam populi mei usque ad Hierusalem 1:10 in Geth nolite adnuntiare lacrimis ne ploretis in domo Pulueris puluere uos conspergite 1:11 et transite uobis habitatio Pulchra confusa ignominia non est egressa quae habitat in Exitu planctum domus Vicinae accipiet ex uobis quae stetit sibimet 1:12 quia infirmata est in bonum quae habitat in Amartudinibus quia descendit malum a Domino in portam Hierusalem 1:13 tumultus quadrigae stuporis habitanti Lachis principium peccati est filiae Sion quia in te inuenta sunt scelera Israhel 1:14 propterea dabit emissarios super hereditatem Geth domus Mendacii in deceptionem regibus Israhel 1:15 adhuc heredem adducam tibi quae habitas in Maresa usque Adollam ueniet gloria Israhel 1:16 decaluare et tondere super filios deliciarum tuarum

1:1 The word of the LORD that came to Micah the Morashite in the days of Jotham, Ahaz, and Hezekiah, kings of Judah, which he saw concerning Samaria and Jerusalem.

1:2 Hear, all ye people; hearken, O earth, and all that therein is: and let the Lord GOD be witness against you, the LORD from his holy temple.

1:3 For, behold, the LORD cometh forth out of his place, and will come down, and tread upon the high places of the earth.

1:4 And the mountains shall be molten under him, and the valleys shall be cleft, as wax before the fire, and as the waters that are poured down a steep place.

1:5 For the transgression of Jacob is all this, and for the sins of the house of Israel. What is the transgression of Jacob? is it not Samaria? and what are the high places of Judah? are they not Jerusalem?

1:6 Therefore I will make Samaria as an heap of the field, and as plantings of a vineyard: and I will pour down the stones thereof into the valley, and I will discover the foundations thereof.

1:7 And all the graven images thereof shall be beaten to pieces, and all the hires thereof shall be burned with the fire, and all the idols thereof will I lay desolate: for she gathered it of the hire of an harlot, and they shall return to the hire of an harlot.

1:8 Therefore I will wail and howl, I will go stripped and naked: I will make a wailing like the dragons, and mourning as the owls.

1:9 For her wound is incurable; for it is come unto Judah; he is come unto the gate of my people, even to Jerusalem.

1:10 Declare ye it not at Gath, weep ye not at all: in the house of Aphrah roll thyself in the dust.

1:11 Pass ye away, thou inhabitant of Saphir, having thy shame naked: the inhabitant of Zaanan came not forth in the mourning of Bethzelel; he shall receive of you his standing.

1:12 For the inhabitant of Maroth waited carefully for good: but evil came down from the LORD unto the gate of Jerusalem.

1:13 O thou inhabitant of Lachish, bind the chariot to the swift beast: she is the beginning of the sin to the daughter of Zion: for the transgressions of Israel were found in thee.

1:14 Therefore shalt thou give presents to Moreshethgath: the houses of Achzib shall be a lie to the kings of Israel.

1:15 Yet will I bring an heir unto thee, O inhabitant of Mareshah: he shall come unto Adullam the glory of Israel.

1:16 Make thee bald, and poll thee for thy delicate children; enlarge thy baldness as the eagle; for they are gone into captivity from thee.

Biblia Sacra Vulgata

dilata caluitium tuum sicut aquila quoniam captiui ducti sunt ex te

2:1 Woe to them that devise iniquity, and work evil upon their beds! when the morning is light, they practise it, because it is in the power of their hand.

2:2 And they covet fields, and take them by violence; and houses, and take them away: so they oppress a man and his house, even a man and his heritage.

2:3 Therefore thus saith the LORD; Behold, against this family do I devise an evil, from which ye shall not remove your necks; neither shall ye go haughtily: for this time is evil.

2:4 In that day shall one take up a parable against you, and lament with a doleful lamentation, and say, We be utterly spoiled: he hath changed the portion of my people: how hath he removed it from me! turning away he hath divided our fields.

2:5 Therefore thou shalt have none that shall cast a cord by lot in the congregation of the LORD.

2:6 Prophesy ye not, say they to them that prophesy: they shall not prophesy to them, that they shall not take shame.

2:7 O thou that art named the house of Jacob, is the spirit of the LORD straitened? are these his doings? do not my words do good to him that walketh uprightly?

2:8 Even of late my people is risen up as an enemy: ye pull off the robe with the garment from them that pass by securely as men averse from war.

2:9 The women of my people have ye cast out from their pleasant houses; from their children have ye taken away my glory for ever.

2:10 Arise ye, and depart; for this is not your rest: because it is polluted, it shall destroy you, even with a sore destruction.

2:11 If a man walking in the spirit and falsehood do lie, saying, I will prophesy unto thee of wine and of strong drink; he shall even be the prophet of this people.

2:12 I will surely assemble, O Jacob, all of thee; I will surely gather the remnant of Israel: I will put them together as the sheep of Bozrah, as the flock in the midst of their fold: they shall make great noise by reason of the multitude of men.

2:13 The breaker is come up before them: they have broken up, and have passed through the gate, and are gone out by it: and their king shall pass before them, and the LORD on the head of them.

2:1 uae qui cogitatis inutile et operamini malum in cubilibus uestris in luce matutina faciunt illud quoniam contra Deum est manus eorum 2:2 et concupierunt agros et uolenter tulerunt et domos rapuerunt et calumniabantur uirum et domum eius uirum et hereditatem eius 2:3 idcirco haec dicit Dominus ecce ego cogito super familiam istam malum unde non auferetis colla uestra et non ambulabitis superbi quoniam tempus pessimum est 2:4 in die illa sumetur super uos parabola et cantabitur canticum cum suauitate dicentium depopulatione uastati sumus pars populi mei commutata est quomodo recedet a me cum reuertatur qui regiones nostras diuidat 2:5 propter hoc non erit tibi mittens funiculum sortis in coetu Domini 2:6 ne loquamini loquentes non stillabit super istos non comprehendet confusio 2:7 dicit domus Iacob numquid adbreuiatus est spiritus Domini aut tales sunt cogitationes eius nonne uerba mea bona sunt cum eo qui recte graditur 2:8 et e contrario populus meus in aduersarium consurrexit desuper tunica pallium sustulistis eos qui transiebant simpliciter conuertistis in bellum 2:9 mulieres populi mei eiecistis de domo deliciarum suarum a paruulis earum tulistis laudem meam in perpetuum 2:10 surgite et ite quia non habetis hic requiem propter inmunditiam eius corrumpetur putredine pessima 2:11 utinam non essem uir habens spiritum et mendacium potius loquerer stillabo tibi in uinum et in ebrietatem et erit super quem stillatur populus iste 2:12 congregatione congregabo Iacob totum te in unum conducam reliquias Israhel pariter ponam illum quasi gregem in ouili quasi pecus in medio caularum tumultuabuntur a multitudine hominum 2:13 ascendet enim pandens iter ante eos diident et transibunt portam et egredientur per eam et transibit rex eorum coram eis et Dominus in capite eorum

Prophetia Michaeae

3:1 et dixi audite principes Iacob et duces domus Israhel numquid non uestrum est scire iudicium 3:2 qui odio habetis bonum et diligitis malum qui uiolenter tollitis pelles eorum desuper eos et carnem eorum desuper ossibus eorum 3:3 qui comederunt carnem populi mei et pellem eorum desuper excoriatuerunt et ossa eorum confregerunt et conciderunt sicut in lebete et quasi carnem in medio ollae 3:4 tunc clamabunt ad Dominum et non exaudiet eos et abscondet faciem suam ab eis in tempore illo sicut nequiter egerunt in adinuationibus suis 3:5 haec dicit Dominus super prophetas qui seducunt populum meum qui mordent dentibus suis et praedicant pacem et si quis non dederit in ore eorum quippiam sanctificant super eum proelium 3:6 propterea nox uobis pro uisione erit et tenebrae uobis pro diuinatione et occumbet sol super prophetas et obtenebrabitur super eos dies 3:7 et confundentur qui uident uisiones et confundentur diuini et operient uultus suos omnes quia non est responsum Dei 3:8 uerumtamen ego repletus sum fortitudine spiritus Domini iudicio et uirtute ut adnuntiem Iacob scelus suum et Israhel peccatum suum 3:9 audite haec principes domus Iacob et iudices domus Israhel qui abominamini iudicium et omnia recta peruertitis 3:10 qui aedificatis Sion in sanguinibus et Hierusalem in iniquitate 3:11 principes eius in muneribus iudicabant et sacerdotes eius in mercede docebant et prophetae eius in pecunia diuinabant et super Dominum requiescebant dicentes numquid non Dominus in medio nostrum non uenient super nos mala 3:12 propter hoc causa uestri Sion quasi ager arabitur et Hierusalem quasi acerus lapidum erit et mons templi in excelsa siluarum

4:1 et in nouissimo dierum erit mons domus Domini praeparatus in uertice montium et sublimis super colles et fluent ad eum populi 4:2 et properabunt gentes multae et dicent

3:1 And I said, Hear, I pray you, O heads of Jacob, and ye princes of the house of Israel; Is it not for you to know judgment?

3:2 Who hate the good, and love the evil; who pluck off their skin from off them, and their flesh from off their bones;

3:3 Who also eat the flesh of my people, and flay their skin from off them; and they break their bones, and chop them in pieces, as for the pot, and as flesh within the caldron.

3:4 Then shall they cry unto the LORD, but he will not hear them: he will even hide his face from them at that time, as they have behaved themselves ill in their doings.

3:5 Thus saith the LORD concerning the prophets that make my people err, that bite with their teeth, and cry, Peace; and he that putteth not into their mouths, they even prepare war against him.

3:6 Therefore night shall be unto you, that ye shall not have a vision; and it shall be dark unto you, that ye shall not divine; and the sun shall go down over the prophets, and the day shall be dark over them.

3:7 Then shall the seers be ashamed, and the diviners confounded: yea, they shall all cover their lips; for there is no answer of God.

3:8 But truly I am full of power by the spirit of the LORD, and of judgment, and of might, to declare unto Jacob his transgression, and to Israel his sin.

3:9 Hear this, I pray you, ye heads of the house of Jacob, and princes of the house of Israel, that abhor judgment, and pervert all equity.

3:10 They build up Zion with blood, and Jerusalem with iniquity.

3:11 The heads thereof judge for reward, and the priests thereof teach for hire, and the prophets thereof divine for money: yet will they lean upon the LORD, and say, Is not the LORD among us? none evil can come upon us.

3:12 Therefore shall Zion for your sake be plowed as a field, and Jerusalem shall become heaps, and the mountain of the house as the high places of the forest.

4:1 But in the last days it shall come to pass, that the mountain of the house of the LORD shall be established in the top of the mountains, and it shall be exalted above the hills; and people shall flow unto it.

4:2 And many nations shall come, and say, Come, and let us go up to the mountain of the LORD, and to the house of the God of Jacob; and he will teach us of his ways, and we will walk in his paths: for the law shall go forth of Zion, and the word of the LORD from Jerusalem.

Biblia Sacra Vulgata

uenite ascendamus ad montem Domini et ad domum Dei Iacob et docebit nos de uis suis et ibimus in semitis eius quia de Sion egredietur lex et uerbum Domini de Hierusalem 4:3 et iudicabit inter populos multos et corripiet gentes fortes usque in longinquum et concident gladios suos in uomeres et hastas suas in ligones non sumet gens aduersus gentem gladium et non discent ultra belligerare 4:4 et sedebit uir subtus uineam suam et subtus ficum suam et non erit qui deterreat quia os Domini exercituum locutum est 4:5 quia omnes populi ambulabunt unusquisque in nomine dei sui nos autem ambulabimus in nomine Domini Dei nostri in aeternum et ultra 4:6 in die illa dicit Dominus congregabo claudicantem et eam quam eieceram colligam et quam adflixeram 4:7 et ponam claudicantem in reliquias et eam quae laborauerat in gentem robustam et regnabit Dominus super eos in monte Sion ex hoc nunc et usque in aeternum 4:8 et tu turris Gregis nebulosa filiae Sion usque ad te ueniet et ueniet potestas prima regnum filiae Hierusalem 4:9 nunc quare maerore contraheris numquid rex non est tibi aut consiliarius tuus periit quia comprehendit te dolor sicut parturientem 4:10 dole et satage filia Sion quasi parturiens quia nunc egredieris de ciuitate et habitabis in regione et uenies usque ad Babylonem ibi liberaberis ibi rediet te Dominus de manu inimicorum tuorum 4:11 et nunc congregatae sunt super te gentes multae quae dicunt lapidetur et aspiciat in Sion oculus noster 4:12 ipsi autem non cognouerunt cogitationes Domini et non intellexerunt consilium eius quia congregauit eos quasi faenum areae 4:13 surge et tritura filia Sion quia cornu tuum ponam ferreum et ungulas tuas ponam aereas et comminues populos multos et interficiam Domino rapinas eorum et fortitudinem eorum Domino uniuersae terrae

5:1 nunc uastaberis filia latronis obsidionem posuerunt su-

Prophetia Michaeae

per nos in uirga percutient maxillam iudicis Israhel 5:2 et tu Bethleem Ephrata paruulus es in milibus Iuda ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israhel et egressus eius ab initio a diebus aeternitatis 5:3 propter hoc dabit eos usque ad tempus in quo parturiens pariet reliquiae fratrum eius conuertentur ad filios Israhel 5:4 et stabit et pascet in fortitudine Domini in sublimitate nominis Domini Dei sui et conuertentur quia nunc magnificabitur usque ad terminos terrae 5:5 et erit iste pax Assyrius cum uenerit in terram nostram et quando calcauerit in domibus nostris et suscitabimus super eum septem pastores et octo primates homines 5:6 et pascent terram Assur in gladio et terram Nemrod in lanceis eius et liberabit ab Assur cum uenerit in terram nostram et cum calcauerit in finibus nostris 5:7 et erunt reliquiae Iacob in medio populorum multorum quasi ros a Domino et quasi stillae super herbam quae non expectat uirum et non praestolatur filios hominum 5:8 et erunt reliquiae Iacob in gentibus in medio populorum multorum quasi leo in iumentis siluarum et quasi catulus leonis in gregibus pecorum qui cum transierit et conculcauerit et ceperit non est qui eruat 5:9 exaltabitur manus tua super hostes tuos et omnes inimici tui interibunt 5:10 et erit in die illa dicit Dominus auferam equos tuos de medio tui et disperdam quadrigas tuas 5:11 et perdam ciuitates terrae tuae et destruam omnes munitiones tuas et auferam maleficia de manu tua et diuinationes non erunt in te 5:12 et perire faciam sculptilia tua et statuas tuas de medio tui et non adorabis ultra opera manuum tuarum 5:13 et euellam lucos tuos de medio tui et conteram ciuitates tuas 5:14 et faciam in furore et in indignatione ultionem in omnibus gentibus quae non audierunt

6:1 audite quae Dominus loquitur surge contende iudicio aduersum montes et audiant colles uocem tuam 6:2 audiant montes iudicium Domini et fortia fundamenta terrae quia

5:2 But thou, Bethlehem Ephratah, though thou be little among the thousands of Judah, yet out of thee shall he come forth unto me that is to be ruler in Israel; whose goings forth have been from of old, from everlasting.

5:3 Therefore will he give them up, until the time that she which travaileth hath brought forth: then the remnant of his brethren shall return unto the children of Israel.

5:4 And he shall stand and feed in the strength of the LORD, in the majesty of the name of the LORD his God; and they shall abide: for now shall he be great unto the ends of the earth.

5:5 And this man shall be the peace, when the Assyrian shall come into our land: and when he shall tread in our palaces, then shall we raise against him seven shepherds, and eight principal men.

5:6 And they shall waste the land of Assyria with the sword, and the land of Nimrod in the entrances thereof: thus shall he deliver us from the Assyrian, when he cometh into our land, and when he treadeth within our borders.

5:7 And the remnant of Jacob shall be in the midst of many people as a dew from the LORD, as the showers upon the grass, that tarrieth not for man, nor waiteth for the sons of men.

5:8 And the remnant of Jacob shall be among the Gentiles in the midst of many people as a lion among the beasts of the forest, as a young lion among the flocks of sheep: who, if he go through, both treadeth down, and teareth in pieces, and none can deliver.

5:9 Thine hand shall be lifted up upon thine adversaries, and all thine enemies shall be cut off.

5:10 And it shall come to pass in that day, saith the LORD, that I will cut off thy horses out of the midst of thee, and I will destroy thy chariots:

5:11 And I will cut off the cities of thy land, and throw down all thy strong holds: And I will cut off witchcrafts out of thine hand; and thou shalt have no more soothsayers:

5:12 Thy graven images also will I cut off, and thy standing images out of the midst of thee; and thou shalt no more worship the work of thine hands.

5:13 And I will pluck up thy groves out of the midst of thee: so will I destroy thy cities.

5:14 And I will execute vengeance in anger and fury upon the heathen, such as they have not heard.

6:1 Hear ye now what the LORD saith: Arise, contend thou before the mountains, and let the hills hear thy voice.

6:2 Hear ye, O mountains, the LORD's controversy, and ye strong foundations of the earth: for the LORD hath a controversy with his people, and he will plead with Israel.

Biblia Sacra Vulgata

6:3 O my people, what have I done unto thee? and wherein have I wearied thee? testify against me.

6:4 For I brought thee up out of the land of Egypt, and redeemed thee out of the house of servants; and I sent before thee Moses, Aaron, and Miriam.

6:5 O my people, remember now what Balak king of Moab consulted, and what Balaam the son of Beor answered him from Shittim unto Gilgal; that ye may know the righteousness of the LORD.

6:6 Wherewith shall I come before the LORD, and bow myself before the high God? shall I come before him with burnt offerings, with calves of a year old?

6:7 Will the LORD be pleased with thousands of rams, or with ten thousands of rivers of oil? shall I give my firstborn for my transgression, the fruit of my body for the sin of my soul?

6:8 He hath shewed thee, O man, what is good; and what doth the LORD require of thee, but to do justly, and to love mercy, and to walk humbly with thy God?

6:9 The LORD's voice crieth unto the city, and the man of wisdom shall see thy name: hear ye the rod, and who hath appointed it.

6:10 Are there yet the treasures of wickedness in the house of the wicked, and the scant measure that is abominable?

6:11 Shall I count them pure with the wicked balances, and with the bag of deceitful weights?

6:12 For the rich men thereof are full of violence, and the inhabitants thereof have spoken lies, and their tongue is deceitful in their mouth.

6:13 Therefore also will I make thee sick in smiting thee, in making thee desolate because of thy sins.

6:14 Thou shalt eat, but not be satisfied; and thy casting down shall be in the midst of thee; and thou shalt take hold, but shalt not deliver; and that which thou deliverest will I give up to the sword.

6:15 Thou shalt sow, but thou shalt not reap; thou shalt tread the olives, but thou shalt not anoint thee with oil; and sweet wine, but shalt not drink wine.

6:16 For the statutes of Omri are kept, and all the works of the house of Ahab, and ye walk in their counsels; that I should make thee a desolation, and the inhabitants thereof an hissing; therefore ye shall bear the reproach of my people.

7:1 Woe is me! for I am as when they have gathered the summer fruits, as the grape gleanings of the vintage: there is no cluster to eat: my soul desired the firstripe fruit.

iudicium Domini cum populo suo et cum Israhel diiudicabitur 6:3 populus meus quid feci tibi et quid molestus fui tibi responde mihi 6:4 quia eduxi te de terra Aegypti et de domo seruientium liberaui te et misi ante faciem tuam Mo- sen et Aaron et Mariam 6:5 populus meus memento quaeso quid cogitauerit Balac rex Moab et quid responderit ei Ba- laam filius Beor de Setthim usque ad Galgalam ut cognosce- ret iustitias Domini 6:6 quid dignum offeram Domino cur- uem genu Deo excelso numquid offeram ei holocaustomata et uitulos anniculos 6:7 numquid placari potest Dominus in milibus arietum aut in multis milibus hircorum pinguium numquid dabo primogenitum meum pro scelere meo fruc- tum uentris mei pro peccato animae meae 6:8 indicabo tibi o homo quid sit bonum et quid Dominus quaerat a te utique facere iudicium et diligere misericordiam et sollicitum am- bulare cum Deo tuo 6:9 uox Domini ad ciuitatem clamat et salus erit timentibus nomen tuum audite tribus et quis adpro- babit illud 6:10 adhuc ignis in domo impii thesauri iniqui- tatis et mensura minor irae plena 6:11 numquid iustificabo stateram impiam et saccelli pondera dolosa 6:12 in quibus diuites eius repleti sunt iniquitate et habitantes in ea loque- bantur mendacium et lingua eorum fraudulenta in ore eorum 6:13 et ego ergo coepi percutere te perditione super peccatis tuis 6:14 tu comedes et non saturaberis et humiliatio tua in medio tui et adprehendes et non saluabis et quos saluaueris in gladium dabo 6:15 tu seminabis et non metes tu calcabis oliuam et non ungueris oleo et mustum et non bibes uinum 6:16 et custodisti praecepta Omri et omne opus domus Achab et ambulasti in uoluntatibus eorum ut darem te in perditio- nem et habitantes in ea in sibilum et obprobrium populi mei portabitis

7:1 uae mihi quia factus sum sicut qui colligit in autumnno racemos uindemiae non est botrus ad comedendum praeco-

Prophetia Michaeae

quas ficus desiderauit anima mea 7:2 periit sanctus de terra et rectus in hominibus non est omnes in sanguine insidiantur uir fratrem suum uenatur ad mortem 7:3 malum manuum suarum dicunt bonum princeps postulat et iudex in reddendo est et magnus locutus est desiderium animae suae et conturbauerunt eam 7:4 qui optimus in eis est quasi paliurus et qui rectus quasi spina de sepe dies speculationis tuae uisitatio tua uenit nunc erit uastitas eorum 7:5 nolite credere amico et nolite confidere in duce ab ea quae dormit in sinu tuo custodi claustra oris tui 7:6 quia filius contumeliam facit patri filia consurgit aduersus matrem suam nurus contra socrum suam inimici hominis domestici eius 7:7 ego autem ad Dominum aspiciam expectabo Deum saluatorem meum audiet me Deus meus 7:8 ne laeteris inimica mea super me quia cecidi consurgam cum sedero in tenebris Dominus lux mea est 7:9 iram Domini portabo quoniam peccaui ei donec iudicet causam meam et faciat iudicium meum educet me in lucem uidebo in iustitiam eius 7:10 et aspiciet inimica mea et operietur confusione quae dicit ad me ubi est Dominus Deus tuus oculi mei uidebunt in eam nunc erit in conculcationem ut lutum platearum 7:11 dies ut aedificentur maceriae tuae in die illa longe fiet lex 7:12 in die illa et usque ad te ueniet Assur et usque ad ciuitates munitas et a ciuitatibus munitis usque ad flumen et ad mare de mari et ad montem de monte 7:13 et erit terra in desolationem propter habitatores suos et propter fructum cogitationum eorum 7:14 pasce populum tuum in uirga tua gregem hereditatis tuae habitantes solos in saltu in medio Carmeli pascentur Basan et Galaad iuxta dies antiquos 7:15 secundum dies egressionis tuae de terra Aegypti ostendam ei mirabilia 7:16 uidebunt gentes et confundentur super omni fortitudine sua ponent manus super os aures eorum surdae erunt 7:17 lingent puluerem sicut serpens uelut reptilia terrae proturbabuntur

7:2 The good man is perished out of the earth: and there is none upright among men: they all lie in wait for blood; they hunt every man his brother with a net.

7:3 That they may do evil with both hands earnestly, the prince asketh, and the judge asketh for a reward; and the great man, he uttereth his mischievous desire: so they wrap it up.

7:4 The best of them is as a brier: the most upright is sharper than a thorn hedge: the day of thy watchmen and thy visitation cometh; now shall be their perplexity.

7:5 Trust ye not in a friend, put ye not confidence in a guide: keep the doors of thy mouth from her that lieth in thy bosom.

7:6 For the son dishonoureth the father, the daughter riseth up against her mother, the daughter in law against her mother in law; a man's enemies are the men of his own house.

7:7 Therefore I will look unto the LORD; I will wait for the God of my salvation: my God will hear me.

7:8 Rejoice not against me, O mine enemy: when I fall, I shall arise; when I sit in darkness, the LORD shall be a light unto me.

7:9 I will bear the indignation of the LORD, because I have sinned against him, until he plead my cause, and execute judgment for me: he will bring me forth to the light, and I shall behold his righteousness.

7:10 Then she that is mine enemy shall see it, and shame shall cover her which said unto me, Where is the LORD thy God? mine eyes shall behold her: now shall she be trodden down as the mire of the streets.

7:11 In the day that thy walls are to be built, in that day shall the decree be far removed.

7:12 In that day also he shall come even to thee from Assyria, and from the fortified cities, and from the fortress even to the river, and from sea to sea, and from mountain to mountain.

7:13 Notwithstanding the land shall be desolate because of them that dwell therein, for the fruit of their doings.

7:14 Feed thy people with thy rod, the flock of thine heritage, which dwell solitarily in the wood, in the midst of Carmel: let them feed in Bashan and Gilead, as in the days of old.

7:15 According to the days of thy coming out of the land of Egypt will I shew unto him marvellous things.

7:16 The nations shall see and be confounded at all their might: they shall lay their hand upon their mouth, their ears shall be deaf.

7:17 They shall lick the dust like a serpent, they shall move out of their holes like worms of the earth: they shall be afraid of the LORD our God, and shall fear because of thee.

Biblia Sacra Vulgata

7:18 Who is a God like unto thee, that pardoneth iniquity, and passeth by the transgression of the remnant of his heritage? he retaineth not his anger for ever, because he delighteth in mercy.

7:19 He will turn again, he will have compassion upon us; he will subdue our iniquities; and thou wilt cast all their sins into the depths of the sea.

7:20 Thou wilt perform the truth to Jacob, and the mercy to Abraham, which thou hast sworn unto our fathers from the days of old.

de aedibus suis Dominum Deum nostrum desiderabunt et timebunt te 7:18 quis Deus similis tui qui aufers iniquitatem et transis peccatum reliquiarum hereditatis tuae non inmittet ultra furorem suum quoniam uolens misericordiam est 7:19 reuertetur et miserebitur nostri deponet iniquitates nostras et proiciet in profundum maris omnia peccata nostra 7:20 dabis ueritatem Iacob misericordiam Abraham quae iurasti patribus nostris a diebus antiquis